Sigismundus primus rex Poloniae, abbatibus et praepositis monasteriorum regni Poloniae.

Flagitavit à nobis regni nostri nobilitas cum essemus ad Leopolim, ut privilegia monasterii F. tuae videamus, quibus cautum est sodalitio sive ordini tuo, ut ne in eum Polonum quempiam recipiat. Quare mandamus, ut vigesimo die, quum Piotrcoviam Christo bene iuvante incolumes pervenerimus, cum istis privilegiis ibidem se sistat, aut eadem privilegia sua ad praefinitum tempus per alium mittat, pro gratia nostra. Cracoviae 1537.